PRUDENTIUS. GLOSSARIUM SUPER PRUDENTIUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 61v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Immo hec attoniti
frenesis manifestata celebri.
Nouimus esse patrem
scelerum. sed nouimus ipsum.
Haud quaquā tamen
esse deum. quin immo iehenne
Mancipium. stigio qui
sit dampnandus auerno.
Marcionita deus. tristis. ferus. insidiator.
Anguiferū caput. & fumo stipat & igni.
Liuentes oculos suffundit felle pusto.
Inuidie impatiens iustorū gaudia ferre.
Hirsutos iuba densa humeros errantib hydris.
Vertice sublimis centū cui nubib atris.
Obtegit & uirides. allambunt ora ceraste.
Ipse manu laqueos plubrica fila re
Innodū reuocat faciliq; flexos.
ligamine tortas.
Innectit pedicas neruosq;
inuincula tendit
Ars olli captare
feras animalia bruta.
Irretire plagis. retinacula
deniq; cetis
Indeprensa locis erranti
obponere prede.
Hic ille est uenator
atrox qui cede frequenti.
Incautas animas non
cessat plectere nembroth.
Qui mundū curuis
an fractibus & siluosis.
Horrentē scopulis uersuto
circuit astu.
Fraude alios tectisq;
dolis innectere adortus.
Porro giganteis alios
luctando lacertis.
Frangere. funereos late
exercere triumphos.
Improba mors quid non
mortalia pectora cogis.
Ipse suam pudet
heu contempto principe uite.
Perniciem. ueneratur homo
colit ipse cruentum.
Carnificem gladiq; aciem
iugulandus adorat.
Intantum miseris peccati
nectare captis.
Dulce mori est
tanta in tenebris depeste uoluptas.
Qui mala principio
genuit deus esse putetur.
Quiq; bona infecit
uitiis. & candida nigris.
Par furor illorum
quos tradidit fama dicatis.
Consecrasse deas febrem
scabiemq; sacellis.
Inuentor uitii non
est deus. angelus illud.
Degener infami conceptum
mente creauit.